Secundū motiuū ꝑ quod habet̄ euidēs argumentū infidelitatis hui⁹ ſecte eſt ig̃rantia. Licet eñ maxīe ſint aſtucie ad om̄e malū ꝑficiendū vt in rebꝫ naturalibꝫ magnā ⁊ quaſi ſuꝑnaturalez habeāt practicā et exꝑiantiā. tñ in his q̄ ad ſalutez ꝑtinēt et ad res ſpūales cog̃ſcendas tā ſtolidi tāq̄ꝫ inepti ſtꝫ vt videant̄ ad modū beſtiarū vſu rōnis carere. et quaſi ſaxa indurati nihil ſpūalis intelligētie poſſe capē. Nulla eñ ars penitus de liberalibꝫ reꝑitur doceri in gymnaſijs eoꝝ. de omibus alijs ſciētijs ita ſunt alieni. vt nec noīa eaꝝ inueniant̄ vel cog̃ſcant̄ ab eis. Quid eñ de factis dei. q̄d de myſterijs ⁊ ſacram̄tis. q̄d de nobilitate aīe vel ſalute ei⁹ intelligere poterūt. q̄ de cerimonijs legꝫ ſue ⁊ inſtitutis nullā ſciūt dare rōnez. Si eñ diceret̄ ſibi quare nō bibis vinū vel q̄re nō comedis carnes porcinas. ⁊ ſic de alijs. penit⁹ obmuteſceret. vel aliq̄d mēdacij vel fictionis rn̄deret. vel vt in cap. ix. dictū eſt immundiciā cauſaret. De lotionibꝫ aūt quibꝫ vtunt̄. vt ſupra in cap. xiij. dictū eſt ⁊ inclinationibꝫ ⁊ alijs ceremonijs tantā hn̄t eſtimatiōez vt credāt valere ea ad ꝯferendū grām ⁊ remiſſionē pctōꝝ ⁊ premiū vite eterne. De pctīs et caſibus ꝯſciētie. ⁊ qũo ꝑ pctm̄ aīa maculat̄ ⁊ qũo ꝑ pniām iterū purgat̄. qũo deniq̄ꝫ de⁹ offendit̄. ⁊ qũo placat̄. inſuꝑ de vicijs ⁊ ꝟtutibꝫ: nullū in eis nec nimiū indiciuz cognitionis vel ſcīe habet̄. Hūilitatez laudāt. ⁊ ceteras virtutes ſuꝑbiaz et cetera vicia vituꝑant. nō culpā vel meritū ſed ſoluz ipſas naturales paſſiones ꝯſiderātes. nō culpā. Solū eñ crimina quib⁹ ꝯcordia cōmunitatis vel cōmoduz turbat̄ priuate cōuerſatiōis. ſicut furtū vel homicidiū ⁊ cetera talia. iudicio cōdēnant et puniūt. de reliq̄s facinoribꝫ manifeſtis et occl'tis magnis et ꝑuis nulla fit mentio nec ꝯfeſſio nec pnīa nec abſolutio nec correctio. nec finalis emēdatio. Vtunt̄ etiā circūciſione nō in remediū alicui⁹ culpe ł pcti. eo q̄ de originali pctō penit⁹ apd̄ eos ignorat̄ quid ſit. ſꝫ ſolū ꝓ quadā ſuꝑſtitiōe. vn̄ ꝓ magno improperio habet̄ qn̄ dr̄ alicui czunetſz. id eſt ſine circūciſione. Et hoc idez ipſi freq̄nter improperant ceteris dicentes. Vos īcircūciſi. Sed mihi videt̄ q̄ꝛ potius vtunt̄ circūciſione ꝓpter hoc. vt lotio qua ſe aqua ꝑfundūt nō ſit inualida remanēte aliq̄ ſiccitate ſub iſta pellicula prepucij. ſicut ſuperi⁹ in. x. cap. ⁊ xiij. de m̄ eſt. ꝓpterea etiā diligēter incidūt vngues et radūt pilos. Sꝫq̄-

cunqꝫ modo fiat certū eſt ꝙ nō niſi ſupſticioſe vtunꝛ. Nā filij eorū freq̄nter ſine circūciſione moriunꝛ nihil eis ſollicitudis vt circūcidaꝛ adhibēt. qꝺ vtiqꝫ nō ꝑmitterent fieri ſi ſaluti crederent obeſſe vel ꝓdeſſe. Cū igiꝛ de hoc vel de quibuſcūqꝫ alijs interrogati fuerint. ne ignorantia eoꝝ notari poſſit inuoluūt ſentētias ⁊ quodā obſcuro mō loq̄ntes velamen obducunt excuſationis. Et hoc ſacerdotes faciūt cū de reb9 ſpūalibus vel de vita eterna interrogati fuerint. Seculares ꝟo. qñ de hoc inter eos ſermo oriꝛ. varijs truffis ⁊ inſolentijs ꝓuocati. deridētes ⁊ ſubſannantes. Alij dicunt forte habebimus pulchras vxores. alij autē forte multa ſuauia habebimus ad manducandū et bibendum dicunt ⁊ hmōi. Si aliq̄s aūt ſerioſe forte aliq̄d dicere voluerit. nihil oīno dignū ad ꝓpoſitū dicere poterit. eo ꝙ oīno nihil rōni ꝯſonū in libris eoꝝ de hoc vel alijs repiri pōt. Et iđo vnuſquiſqꝫ eoꝝ ſiue ſacerdotes ſiue ideota ſꝫm ꝓpriā phantaſiā de hoc blaſphemat ⁊ obloquiꝛ. Multa de antixp̄o quem ipſi tethſchel vocāt. ⁊ de reſurrectiōe mortuoꝝ ⁊ extremo iudicio ⁊ de inferno et purgatorio. friuola ⁊ abſurda et ad libitū inuenta fabulanꝛ et garriunt. et inter cetera dicūt. poſt iudicium mechometus oēs liberabit de inferno cuiuſcūqꝫ ſecte vel religionis fuerint. neminꝫ relinq̄ndo ꝓpter magnāꝫ potentiam ⁊ auctoritatem ſuā quā hꝫ apud deū. ¶ De alijs innumeris fabulis ex mēdacijs q̄ de reb9 ſpūalib9 verſanꝛ inter eos. cauſa breuitatis dicere plus nolo. hoc tñ adijcere volo ꝙ nequitia eoꝝ ſicut in ceteris oībus velamine ſimulatōis obtegiꝛ et abſcōdiꝛ. ita et ignorantia ſacerdotū eorū velud cuprū auratū ſub auri nōis et eſtimatōnis rigore obtecta latet. Nam q̄cquid dicūt q̄d ve precipiunt ita volunt ab oībus obſeruari quaſi preceptū dei vt nemo audeat vel in minimo cōtradictionē vel reſiſtentiā facere.

¶ Tertiuꝫ motiuū ꝑ qꝺ habeꝛ euidēs argumentū infidelitatꝭ huius ſecte eſt obſtinatio. Quis autē dubitat verā fideꝫ libertatem volūtatis augere et nō minuere. Vñ in euangelio fideles docibiles dicti ſunt eo ꝙ rōnes non ſpernūt ſed ꝓbant et malum per rōnes reprobāt. et bona ꝓbātes quecūqꝫ nō recuſant. de malis quoqꝫ bona eliciunt. et aduerſa ad ſuā vtilitateꝫ retorquent. Et hec oīa fiunt in libertate fidei ꝑ quaꝫ oīa cooꝑanꝛ in bonū his qui ſꝫm ꝓpoſitum vocati ſtꝫ ſancti. Nō autem perſi dia thurcoꝝ ſic ait ſed more beſtiaruz ſectã ſuã nõ rationibus ſeu argumẽtis. ſed gladijs ⁊ armis defendere ꝯtendũt. eo ꝙ in lege ſua ſic ſe hr̃e dicunt in precepto. Tantã em̄ ꝑtinatiã ⁊ obſtinationẽ inherẽdo ſecte ipſius hñt ꝙ quaſi vſuz rõnis videntur amiſiſſe. et ad nihil aliud ſe poſſe moueri vel flicti ex neceſſitate oñdunt. nã ꝗcquid viderint audierint vel ſenſerint qđ hãc ſectã non cõmendat. immediate q̃ſi frenetici amẽtes execrãtes abhorrent. fugiũtq; tanq̃ mortale venenũ. nec ſunt alicui⁹ ſpiritualis impſſionis capaces. nec aliqua ſpecies veritatꝭ eis motiuũ preſtare põt. Et quãuis hec vniuerſaliter de oĩbus fiat. tamen pre oĩbus alijs illi renegati xp̃iani ⁊ deſperati ſic erroribꝫ excecataꝫ hñt ꝯſcientiã ꝙ videant̃ ligati cathenis igneis diaboli quas nullatenus dirũpere valent. Vñ quendã eoꝝ in familiari collocutione interrogaui. quare inquiens rogo ꝓpter deum hoc feciſti aut quid te mouit. nihil aliud rñdere potuit niſi maledicta dies in qua hoc feci. et ego. Quare ḡ non reuerteris ad fidem xp̃i. Et ille retorto collo ⁊ auerſo vultu. nõ poſſum inquit non poſſum. nihil aliud adijciens. Eſt ⁊ aliud nõ minus de obſtinatione eorũ notandũ. Creditur em̄ ꝑ certo ꝙ nõ ſit aliqđ genus nationis de quo ad fidez xp̃i non inueniant̃ aliqui ꝯuerſi. De iſta aũt ꝑuerſa generatione aliquẽ prouecte etatis ad fidem xp̃i poſſe ꝯuerti quaſi pro impoſſibili habet̃. tamẽ vt ſup̄ in cap̄. decimoſexto dictũ eſt ſi fieret. magis pro miraculo habẽdum eẽt. Nam cũ in primis annis Sixti quarti. Legatio que contra thurcos miſſa fuerat. per mare plurimos eoruz Romã detuliſſent quoruz meliores Pape preſentati. reliqui aliorum prelatorum curijs deputati om̄es fere baptiſati ſunt. quorũ aliquos ego familiares habui qui magnam deuotionem ad fidez chriſti oſtendentes me interpretante. etiam cõfeſſionẽ ⁊ cõmunionem petierunt. quoꝝ vnius quidez cõfeſſionez accepi. ei autẽ qui curã ei⁹ habebat ſacerdoti cõionez differre ꝑſuaſi. michi em̄ multũ difficile videbat̃ verã fuiſſe ꝯuerſionẽ eoꝝ ſic̃ poſtmodũ rei ꝓbauit euẽtus. nã p⁹ aliq̃s annos oẽs inuẽta occaſione ⁊ ꝯmoditate fugerũt. lꝫ etiã q̃ in curia pape erãt bonã habuiſſent ꝓuiſionẽ. in hoc apte oñdentes ſe ad baptiſmuz ficte acceſſiſſe. Unde de opinione quã prius habui nunc indubitatã ſniaz de eis ꝓferre poſſuz ꝙ impoſſibile ſit aliquẽ thurcũ fidẽ xp̃i reciꝑe.

Capitulū.xxij. De quodā notabili facto qđ ꝯtigit in Thurcia ad ꝓbationē ſupra dictoꝝ.

Nunc ad ſupradictoꝝ clariorē noticiā et ꝓbationē nō puto p̄tereundū qđdaʒ factū notabile qđ me exñte in thurcia ꝯtigit. Qđ eo certiꝰ credendū venit qꝛ nō occulte ſʒ ꝑ totaʒ thurciā ꝓuulgatū eſt ⁊ nō alicui p̍uate ſʒ ipſo fraꝝ regi ⁊ toto regno eiꝰ euenisse narrabat̄. Illiꝰ em̄ regis q̇ mirathbeg eſt dictꝰ pater illiꝰ q̇ nūc regnat nō poſt multo tp̄e q̄ nos in captiuitateʒ adduxerūt. Facta eſt quedā ꝯtētio int̄ ſacerdotes q̇ tamſmani dicunt̄. ⁊ religioſos q̇ demiſchler nūcupant̄. cuiꝰ q̄ſtionis talis erat tenoꝛ. Utrū vota ⁊ elemoſyne ⁊ oblatiōes cōis pp̄li iure debeant̄ ipſis ſacerdotibꝫ vl' ipſis religioſis. Dicebāt em̄ ſacerdotes. Nos ſumꝰ curā pp̄li hn̄tes. in ꝯſiliādo. in iudicādo. in regēdo ⁊ docēdo. legē tribuēdo ⁊ obſ̄uando ⁊ totius pp̄li onus portādo. Quia igit̄ miſteriū nr̄m magꝫ eſt neceſſariū pp̄lo ⁊ vniuerſo regno. merito vota pp̄li nob̄ debent̄. E cōuerſo iſti dicebant nos ſumꝰ ſucceſſores ⁊ vices gerētes illoꝝ q̇ fundamentū ſunt legis ⁊ gr̄e. ⁊ q̇ ꝓ pp̄lo corā deo aſſiſtētes oēs neceſſitates eiꝰ ſuis meritis ⁊ int̄ceſſione ſupplētes. totius regni mala ⁊ ꝑicula auertentes ⁊ bona coopantes. oīm facultate ⁊ ſtodio deficiēte hūano ſuccurrūt ⁊ auxiliant̄. Et ḡ nob̄ potiꝰ elemoſyne ⁊ vota populi iure debent̄. Cūq₃ ita ꝯtēderēt ⁊ nullaʒ q̄ſtio det̄minationē acciperet. in hoc oēs ꝯſenſerūt. vt cā regꝫ arbitrio ꝯmitteret̄. Et q̇cq̇d ab eo det̄minatū ⁊ iudicatū fuiſſet. ſine om̄i ꝯdictiōe ratū ab oībus haberet̄. Cū itaq₃ rex audita cauſa ⁊ rōnes vtriuſq₃ ꝑtis. diligentius ꝑuolueret in aīo. cepit eſtimare ꝙ miſteriuʒ ſacerdotū regno magꝫ ncēarium eſſet. ꝓpter rōnes ſupradictas. ⁊ ꝙ ꝓpterea vota pp̄li in recōpenſatiōnē retributionis magis ad eos ꝑtinerēt. Sʒ dū iſta volūtatis ꝯceptio regꝫ. ad religioſoꝝ ꝑueniſſet noticiā ilico regē adierūt ⁊ petierūt ne iſtā ſententiā diffinitiue ꝓferret. donec ipſi int̄ ſe diligentiꝰ de hac re cōferre poſſent. ne anticipatio ſentētie in tā ardua cauſa perplexitatē aīoꝝ generaret futurā. Quibꝫ dū rex annuiſſet ⁊ ſeptē dieruʒ inducias int̄poſuiſſet. vna nocte tranſactis aliquibꝫ diebus regi in ſtratu ſuo requieſcenti. ſubito magꝫ ꝯmotio viſcerū quaſi inſtaret neceſſitas nature exoꝛt̄. q̇ cū feſtinatiōe ſurgens ad locum explende neceſſitatis ꝑuenit. cuꝫ igiť cū quodā impetu ſuꝑ ſedes ſe iactaſſet ſubito tabula ſub eo rūpiť. ⁊ deorſum cadens rex in medio loci ſuꝑ q̄ndaꝫ ꝑtem muri. vel vt dicebať ſuꝑ q̇dā ligno ſuſpenſus remanēs ad infima nō deſcendit. dū autē vociferaret ⁊ nemo auxiliū preſtare poſſet. eo ꝙ oēs porte ſeris firmate inuente ſunt. Tandē fatigatus quaſi vniꝰ hore ſpacio laborans ⁊ nihil ꝓficiens. ſubito venit in mentē eiꝰ vt aliquē ſctōruꝫ inuocaret. qđ cū feciſſet mox in loco lumē aꝑparuit. ⁊ q̇dā in forma religioſoꝝ aꝑparēs. ſic eū alloquiť. O dn̄e rex vbi ſtꝫ illi q̄s tibi ⁊ regno tuo tā nccārios eſtimaſti. quare in iſta neceſſitate tibi nō ſubuenīūt. illo aūt p̄ timore ⁊ terrore viſionis nihil rn̄dēte. ille adiecit. O rex noli timere ſcire te volo ꝙ illi tibi ⁊ regno tuo magis neceſſarij ſunt q̇ in extremis nccitatibꝫ auxiliū preſtare pn̄t ⁊ cū defecerit virtus hūana. tūc inuocantibꝫ ſeruitus coꝝ maxīe ſe oſ̄dit ⁊ ſuccurrit vniuerſ̄. ⁊ cū hoc dixiſſet ipſo rege ſine aliqua moleſtia ꝓprio lecto reſtituto. ab oculis eius euanuit. Et ſic rex ad ſe reuerſus. q̇d ſibi acciderit aīo reuoluēs licet ex ꝓdigio cū admiratione ſuſpēſus. tn̄ quia de difficultate queſtionis certificatus ⁊ inſtructus multū ꝯtētus erat. Facto igitur mane oībus ꝯuocatis. reꝫ ꝑ ordinē exponit. ⁊ iubet vt cito omnes religioſi qui tunc inueniri poterant coram eo adducerentur. Quo facto ipſe ſedēs in ſolio ſuo iuxta ſe habens vas plenū pecunijs ſingulos religioſoꝝ ad ſe accedere fecit. diligentius vnūqueq; intuens. cognoſcere volens illū qui ſibi aꝑparuerat. vnicuiq; de pecunia q̄ntuꝫ pugillus caꝑe poterat elargiendo. Cūq; ſinguli ꝑtranſiſſent. ⁊ de ſupradicto nihil noticie inueniſſet. ⁊ ipſe rex de hoc mirareť. ille q̇ inter eos maior erat acceſſit ⁊ dixit ei. noueris rex ꝙ ille q̇ tibi aꝑparuit. vnꝰ quidē tibi viſus eſt. ſed in ꝑſona oīm noſtꝝ hoc factuꝫ ēē non dubites. eo ꝙ oīm nr̄m cauſa in cōi tractabať. Et tali igiť viſione īmo vt melius dicā diabolica illuſione rex ille in tantā dementiā ⁊ alienationē animi ꝑductꝰ eſt. vt filio ſuo ꝑuulo vix adhuc decē annoꝝ in ſede regni relicto. ipſe ad quandā ciuitatē que manaſſa diciť receſſit. ⁊ cū alijs religioſis quoꝝ ibi eſt magna multitudo vitam ducere decreuit. Tranſacto autē in hoc ſuo ꝓpoſito aliq̄ tempꝑis ſpacio ⁊ filio ſenente in ſolio regali. quedā turbatio magna nō ſine ſanguinis effuſione inter curiales exorta eſt. intantum vt turbationē totius regni nōnulli timuiſſent futurā. ſi citius non fuiſſet remediuꝫ adhibitū. Nam illi qui gingitſcheri dicunt quoꝝ in curia regia magna eſt multitudo cōtempto puero regis ſibi vnū q̄ eis preeſſet elegerunt. vt ſe poſſent opponere cōtra oēs qui eis nō ꝯſentirent Qđ duꝫ p̄ncipes ꝛ magnates perpēdiſſent regem patrē videlicet pueri adeuntes non tā precibus q̄ꝫ minis ꝑſuaſerūt vt regni totius diſcrimē qđ imminebat auerteret. ꝛ futuro malo anteq̄ꝫ in augmentū veniret ſe opponeret. Sic igiť licet reluctanteꝫ ad ſedē priſtinā reduxerūt ꝛ vſq̄ꝫ ad morteꝫ regnare coegerūt. Factū iſtud in tanto fuit rumore per totā thurciā vt a ſingulis fere nihil aliud tunc tractaret. Ego etiā licet a pluribꝫ in cōmuni locutōe audiuiſſeꝫ. tamē ſpecialiter et priuatim ab vno religioſoꝝ qui tūc perſonaliter interfuerat diligentius ſingula cognoui. Qui etiā quantuꝫ pecunie de manu regis tūc accepiſſet. ꝛ q̄ntuꝫ grē ꝛ fauoris vnuſquiſq̄ꝫ cōſecutus fuiſſet a rege. ꝛ plura alia que tunc ꝯtigerāt narrauit ꝛc̄. Eſt ꝛ aliud factū nō mediocre qđ nō ſuperflue ad predicta addendū putaui. qđ regis huius qui nūc regnat filij illius de q̄ nunc dictū eſt tēporibꝫ cōtigiſſe narrabat. Eſt enī in partibus orientalibꝫ quidā magnus tartar⁹ qui demyrleng dr̄ de q̄ etiā ſuperi⁹ mētio facta eſt. Qui quodā tēpore ad mortē regis thurcoꝝ ſtimulante odio aſpirās quoſdaꝫ ſui generis in omī nequicia artis diabolice famoſos ꝛ exꝑtos precibꝫ ꝛ precio induxit. plura eis tribuens ſed multo ampliora ꝓmittens ſi caput thurci inimici ſui ſibi deferrent. Qui dū exequēdi facinoris cōmoditateꝫ ꝛ modū pluribꝫ tēporibꝫ queſiſſent ꝛ in oībus rei difficultas occurreret. ꝛ q̄ꝛ ipſi mlťe artis diabolice magice quoq̄ꝫ ꝛ nygromātie nō modicā hn̄tes peritiā. cogitauerūt aliq̄d nouitatis pretēdere. vt ſub h̄ pretextu dū regi curioſo fuiſſent pn̄tati. ꝛ ipſi nō poſſe ſe artē et ludū nouitatꝫ ſue exercere niſi oībus excluſis dicerent ad ſui ꝓpoſiti ꝯmodū ꝛ executioneꝫ venire poſſent. Sꝫ rex auiſatus per quoſdā qui illos ſuſpectos habuerāt eoꝝ machinamēta caut⁹ preuenit. Nā dū inuitati a rege. in habitu et forma religioſoꝝ exterius. armis ꝟo intus bn̄ muniti anteq̄ꝫ ad ipm̄ regeꝫ intraſſent capti ꝛ penis ſubacti. hoc maluꝫ qđ in regē cogitauerūt ipi a rege interēpti experti ſūt. Preterea omne fere nephas publicū exercentes in ciuitatibꝫ in vijs ꝛ nemoribꝫ et ſtratis publicis. bono cōi ⁊ paci inſidiātes. criminoſiſqꝫ ⁊ oīa genera flagicioꝝ ſectātes narrabant eiſdē tēporibꝫ in habitu ⁊ forma religioſoꝝ latitare. Quibꝫ oībus rex permot⁹ ⁊ ꝑmaxīe ſupradictoꝝ neq̄cia ꝯmot⁹ emiſſo publico edicto omēs religioſos de regno ſuo expellere ac ꝑturbare fecit. ⁊ inuentū quēquaꝫ in habitu religionis publice pene ⁊ cuſtodia ſubactū. rebus omnibus ⁊ vita priuari mādauit Tantā aūt execrationē ⁊ deteſtationē illius generatiōis regꝫ animū tūc occupauit. vt nō ſolum nomē illoꝝ audire nō poterat. ſed etiā quoſlibet q̇ in habitu pauperū ſibi vbicūqꝫ occurriſſent. nullaten⁹ ſine ꝑturbatōe poterat intueri. Vn̄ qui eū comitabant̄ vel p̄cedebāt in locis quibꝫ erat trāſiturus nequaq̄ꝫ pauperē aliquē ſinebant apparere. Et ſiq̄s incaute apparuiſſet ꝑturbatiōis ei⁹ ſeuitiā in ꝯtumelijs ⁊ verberibus exꝑiebat̄. Hui⁹ rei tāto ſecurior teſtimoniū ꝑhibere poſſum q̄nto eā verius nō ſine timore ⁊ periculo in meipō exꝑtus didici. Vna enī dierū diluculo poſt ortū ſolis ꝯtra aulā regꝫ ꝓpter frigus ad ſoleꝫ cū pluribꝫ alijs diuerſi generꝫ ⁊ habitus hominibꝫ ⁊ pauꝑibus ſedēdo ad ſpectaculū curie ⁊ p̄ncipū. quoꝝ multi ad regē q̄ de cauſa neſcio tūc venerāt. trāſacta hora iam ſexta incaute remāſimus. recedēte igit̄ vniuerſa curia inopinate vidim⁹ de curia regis exeūtes equeſtres pꝛecedēte p̄cone cū baculo ⁊ ſubſeq̄ntibꝫ duob⁹ iuuenibꝫ ⁊ regem ad balneū (qđ retro nos erat) ituruꝫ. Viſis igit̄ nobis mox ipſe rex cū magno ſtrepitu vocē emiſit. Tūc p̄co cū velociſſimo curſu venit ad expellendū nos a facie regis. Et illos quidē qui ad viā quo; erat iturus fugerāt. nō credo ꝟbera euadere potuiſſe. me aūt q̇ ad aliā ꝑtem fugi. licet tūc vix euadere potui. timoris tñ magnitudo in futurū cautiorē me reddidit. vt añ ꝯſpectū ei⁹ maxime cuꝫ alijs pauꝑibus nequaq̄ꝫ vltra ꝯparerē in via in qua erat trāſiturus. Ex his igit̄ exēplis vnuſq̄ſqꝫ fidel'r cōſiderās poterit ꝑpendere oīa que de iſta ſecta dicta ſunt veritatem habere maxime circa diuiſionem obſtinationeꝫ ⁊ ignorantiam.

Capitulū. xxiiij. De commendatione religionis chriſtiane.

DE ſecta thurcorū in ſuꝑioribus ſub breuiſſimo cōpendio dictum eſt quomō videlicet omī fundamento veritatis careant. de nequicia quoqꝫ thurcoꝝ ⁊ malicia quibꝫ xpianos ꝑſe quuntur. ⁊ de motiuis eam veram ꝑſuadẽtibꝫ. et de his que ab ea retrahunt. ⁊ oĩm motiuoꝝ illoꝝ declaratione ⁊ interpretatione cũ quibuſdaꝫ exemplis. Nunc in iſto finali capl'o de recõmendatione religionis ſanctiſſime xpianoꝝ paucisſimis ꝟbis aliq̇d dicere cõgruũ eſtimo. vt de eiuſdeꝫ veritate cũ illiꝰ ſecte erroribꝫ ꝯparatione facta. quilibet fidelis quã eligere quãqꝫ deteſtari debeat: ſcire ⁊ [illegible] intelligere poſſit. ¶ Licet igit̃ ſanctiſſimã et digniſſimã religionẽ xpiane legis nulla lingua ſufficient̃ poſſit extollere ⁊ ſicut decentũ eẽt magnificare. tñ quãtuꝫ ad pñtis materie exigentiã conuenientiſſime in ſeptẽ cauſis principaliter eaꝫ intendo ꝯmendatã habere ſcꝫ in fundamẽti eiꝰ firmitate ⁊ nccitate. In cultus eiꝰ dignitate. In ſacramẽtoꝝ eius ſctitate. In virtutuꝫ eius nobilitate. In ſcientie eiꝰ ſublimitate. In meritoruꝫ eius qualitate. In premioꝝ eius quantitate. Sanctiſſima religio xpiana myſteriũ ſancte ⁊ indiuidue trinitatis ꝓ fundamẽto habet: cuius ab initio mũdi tãta nccitas fuit. vt ſine eiꝰ agnitione nulla penitus eſt cauſa ſalutis ⁊ via vel modus placandi iram dei. Nã ſicut in veteri teſtamento nemini prorſus dabat̃ ſpes venie vel clementie dei niſi myſteriũ ſancte trinitatꝫ ei fuiſſet. vel in enigmate vel in aliquo ſigno vel figura demõſtratuꝫ: Sic ⁊ in nouo teſtamẽto nemini penitus eſt ſpes amicitie dei niſi myſterio ſancte trinitatis veraciter ſit imbutus. et ꝑ characteris impꝛeſſioneꝫ ſubſtãtialiter ei informatus. Habuit ⁊ ab initio hoc ipm ſanctiſſime trinitatis fundamentũ tantã in mentibus fideliũ firmitatis efficaciã qꝫ ille antiquꝰ hũani generis hoſtis cum oĩbus artibꝫ doloſitatis ſue. ipſiuſqꝫ carnis illecebre. ⁊ mũdi fraudulẽti inuidie ſuꝑedificatã ei fidei ⁊ charitatꝫ ſtricturã nunqꝫ deijcere poterãt. nec vſqꝫ in finẽ hoc ipm aliquatenꝰ facere poterunt. licet in nouiſſimis tꝑibus noſtris ſcꝫ et futuris maxima ſit ipſius diaboli poteſtas ⁊c̃. Fremat igit̃ in reprobis mechometus ſeuiat q̃ntuꝫ poterit in antixpo diabolus. nulluꝫ fructũ ſue neq̇cie reportabit ſed q̃ntũcunqꝫ malicie excogitare poterit. electis dei ad gl'iaꝫ. ſibi aũt ⁊ ſuis ꝯplicibꝫ ad eterne dãnationis augmentũ redũdabit. ¶ Cultus ſanctiſſime religionis xpiane tante ẽ dignitatis vt in pꝛĩcipali actu ſuo ipſos mortales homines valeat quodammodo ipſis ſupernis ciuibus coequare. nam licet illi eterno deo ineffabiles laudes ⁊ diuinas obſequia indefeſſe reddāt. tamē diuine maieſtatꝫ oculis nō minus placere ꝯprobant̄ debite ſ̄uitutis officia ꝛ gratuita obſequia necnō ipſa laudū ſacrificia que veri cultores in ſpū ꝛ veritate de donis ꝛ muneribꝫ deſuꝑ eis datis. in eccl'ia militanti quotidie offerūt In ceteris. etiā que in ea gerunt̄ excedit ī dignitate oēs actus hūanos q̄ntūcūqꝫ dignos et p̄cipuos. Si em̄ inſpiciat̄ ſacre doctrine p̄cedēdi ḡuitas. tractantiū maturitas. materiaꝝ ꝯformitas. fundamētoꝝ ſoliditas. doctoꝝ auctoritas. myſterioꝝ ſublimitas. ſacramentoꝝ ſanctitas. ſn̄iaꝝ firmitas. verboꝝ tenacitas. argumentoꝝ inconcuſſa veritas. rōnuꝫ ſecuritas. dubioꝝ clara dilucidatio. errorū oīm ꝯfutatio. ꝯtēplatio diuinoꝝ. deuotio officioꝝ. miniſtroꝝ nobilitas prelatorū dignitas. ſubditorū ſimplicitas. efficacia docendoꝝ ſufficientia oīm ad ſalutē ꝑtinentiū. Inſuꝑ abūdantia gratiaꝝ v̄tutuꝫ redolentia. deniqꝫ oīm diuinarū ꝛ hūanaꝝ rerū magiſteriū ꝛ fideliū animarū ꝯſolatio ſingl'aris. oīmqꝫ ſpūaliuꝫ chariſmatū copia ꝛ plenitudo aliarūqꝫ reꝝ ſummū faſtigiū ꝛ excellentia infinita. credo ꝙ ſi oēs hūanoꝝ actuū excellentie fuerint exhibite ꝑti huiꝰ extreme nō valeant ꝯpari. ¶ Sacramentoruꝫ ſanctitas huius ſecte religionis tāta eſt vt in creatura ratōnali non ſolū interioris hoīs ſubſtantiā diuino vſui aptā reddere ſed etiā tantarū ei grāꝝ redūdantiam infundere ſufficit. vt ꝛ ſm̄ exterioris hoīs facultateꝫ ad vtilitateꝫ proximoꝝ. de effluentia grāꝝ in colloq̄ndo. in ꝯuerſando. in docendo. ꝛ exhortādo in ꝯſulendo. in neceſſitatibus ſpiritualibus ꝛ temporalibus ſubueniendo. et in alijs opibus pietatis ſeruiendo. fructū ſalutis valeat oꝑari ꝛ ſingulorꝝ animos ad amoreꝫ dei prouocare. Si autē maioris deſiderij corda flagrantia inuenerit. tantā hꝫ efficatiā et potentiā precipue ſanctitas ſacratiſſime eucharistie vt vtriuſqꝫ hoīs. ſublata vicioꝝ et terrenoꝝ ſarcina adhuc ī terra poſitis illius celeſtis patrie guſtū fruitionis veleat conferre. Adhuc etiā ipſoꝝ quattuor elementorū ſolis quoqꝫ ꝛ lune dignitatē ꝛ nobilitateꝫ ceterarūqꝫ creaturarū in multiplici ydoloruꝫ ꝛ demonioꝝ cultura. decus ꝛ ornatū ꝑdita ꝛ amiſſa recuꝑare ꝛ priſtino valori reſtituere. Id quoqꝫ qđ in variarū inſenſatarū rerū nephādo obſeq̄o a reprobis a p̄ncipio mūdi infideliter exhibito. neglectū vel deformatū eſt. in vſu veroꝝ cultoruꝫ ad honorē ꝛ laudez creatoris. ꝛ glīaz ipſius ſummi dei renouare pleniſſime ꝛ reintegre ſua efficacia pōt. Hoc q̄ꝫ qd̄ in quoꝝcūqꜫ blaſphemoꝝ vſu maledictū eſt vl' maledicendū vſqꜫ i finē mōi. erit ipis ipſis ad dānatiōis cumulū. electꝫ ꝟo ad multiplicē meritoꝝ fructū coopari finalr ꝛ exhibere pōt. ¶ Uirtutū nobilitas quib⁹ aīe ſctē in xp̄ianitatꝫ religiōe exercent̄ ad vite ſpūalis ꝑfectū ſ̄m modū ꝛ formā ꝟtutū naturaliū ad vite ſenſibil' ꝑfectiōez regulant̄. Spūs em̄ ſenſibilis de capite in mēbra corporis diffundit̄ ꝛ ſ̄m diſpoſitōez organoꝝ format actū in oꝑationē. Eodez mō ipſa diuia grā in aīa rōnali reſidēs ſ̄m diſpoſitionē voluntatū ꝛ effectuū hūanoꝝ format effect⁹ ſpūalis vite. Uide q̄ꝫ nobilē fructū fidei ex affectu tā bene diſpoſito ſancti abrae ꝑriarche, diuia grā ꝓduxit. q̄ ꝓpter excellentiā ipſi⁹ fidei quā in deū habuit filio ſuo nō tā charo q̄ꝫ raro i mo p̄mogenito ꝛ vnigenito nō curauit ꝑcere. Fruct⁹ autez ſpei in affectu Noe ſcti qualis fuit q̄ vniuerſo orbe corrupto. ſolus in fabricatōe arce laborare tpe tā longo nō faſtidiuit. Quid charitatꝫ fruct⁹ in ſctō moyſe q̄ amore ſupno ardēs filium filie pharaonis ſe negauit ꝛ ꝑcuſſo egyptio hebreū liberās. irā pharaōis incurrere nō timuit. Sꝫ hec q̄ſi quedā ſemina in ſctis patrib⁹ veteris teſtamēti ꝑtranſiens. ſi ad ampliſſimā meſſez ſctōꝝ noui teſtamenti accedere ꝛ q̄d in ſingloꝝ purificate mentꝫ affectu diuia gratia tā de theologicꝫ q̄ꝫ cardinalib⁹ ꝛ moralib⁹ ꝟtutū ſpēb⁹ fructus ꝓduxerit ſcire q̄s ꝛ intelligere voluerit, xp̄ianoꝝ librarias percurrat. ꝛ dū quaſi infinitā legendarū multitudinē hui⁹ materie inſpexerit reperiet ꝓculdubio magꝫ admirandā q̄ꝫ inueſtigādā hui⁹ religionis virtutū nobilitatē. Hoc aūt non tā mirabile q̄ꝫ ineffabile qd̄ in affectu ſpūali electorū nouiſſimi tpis oꝑanduꝫ venit. diligētiori ſtudio ꝛ deuotioni relinquo. In hoc ꝯcludere volo q̄ q̄cq̄d ordinis q̄cq̄d ꝑfectiōis ꝛ decoris. q̄d ve dignitatis ꝛ excellentie. in vniuerſo orbe a principio vſqꜫ i finē repiri potuit. totū ab hui⁹ ſanctiſſime religionis ꝟtutū nobilitate proceſſit. Quib⁹ ſublatis. nullus ordo ſed ſempit'nus horror ꝛ error ꝑmanebit. ¶ Sublimitatē ſcīe hui⁹ religionis intelligendā. nulluꝫ ꝯuenientioris. ſilitudinis modū inuenio q̄ꝫ ſicut de ꝑadiſo exeuntes quattuor flumina. totū mundū irrigarūt. ſic nimiruꝫ quattuor euangelioꝝ ſcia ꝛ doctrina. de religione xp̄iana qua

ri paradiſo celeſti egrediens. vniuerſalem humanā naturā. diu
aridā ⁊ ſterilez. ſalutis fetu fecūdauit. Ille eñ magiſter celeſtis
qui dixit. Vos vocatis me magiſter et dñe. ⁊ bene dicitis. ſum
teeñ. veniens in terris ſcholas tenuit. ſcrāz catholicā eccliaz in
ſtituit. ⁊ ſcie ſublimitatē quā in ea docuit ⁊ poſteris docendum
dereliq̄t manifeſte oñdit qn̄ dixit. Omīa quecūqꝫ audiui a pꝛe
meo nota feci vobis. O admirandū myſteriū ea q̄ in celo empy
reo ⁊ in cōſiſtorio ſctē trinitatis tractanť. hoibus in terra ma
nifeſtanť. O imenſa dignitas religionis xp̄iane. que in ſcia an
gelos archāgelos ⁊ reliquos ordines btōꝝ ſpirituū trāſcendit.
et ad ipſorū cherubin ⁊ ſeraphin arcana ꝯſilia accedit. Et q̇d
mirū ſi hec ſcia de hoibus deos. de mortalibꝫ immortales face
re pōt que talez ac tantū doctorē habuit. Huius ſanctiſſime ſci
entie ſublimitatē ꝓfunditatē longitudinē ⁊ latitudinē intellectꝰ
nō capit humanus nec lingua exprimit. ſed fide ꝑcipitur. ſpe re
tinetur ⁊ charitate perficitur. Huius ſcientie ſcholaz qui intra
uerit quāuis indoctus doctiſſimus euadit Quicūqꝫ autē eam
ingredi aut negligit aut contēnit. quāuis doctiſſimus ignoran
tie ſue tamē cecitatē ineternū lugebit. ¶ De meritorū qualitate
huius ſanctiſſime xp̄iane religionis argumētari. aut dubitare
ipſis infidelibus ⁊ hereticis derelinquo. quorū quidā xp̄m nō
verum deum. Alij non verū hominē. reliqui ſoluz prophetam
fuiſſe blaſphemarunt. Nemo aūt fideliū qui xp̄m filiū dei ⁊ ve
ruz filiū hoīs de ſpūſancto ꝯceptū. De maria ꝟgine natū Int
homines trigintatribꝫ annis ꝯuerſatū. ⁊ poſt infinitos labores
poſt miraculorū et doctrinarū inſignia a iudeis captū. ligatuz.
flagellatum. cōſputū irriſum illuſum. ſpinis coronatū. ⁊ infinitꝭ
doloribus ⁊ confuſionis opprobrijs iniurijs ⁊ blaſphemijs ſa
tiatuz. tandē inter latrones affixum cruci. et pro ſalute humani
generis acerbiſſima morte finitū. credūt ꝯfitenť ⁊ ſupplicitē ado
rant. de eius infinito merito dubitare ꝑmittiť. qd̄ aūt infinituz
eſt vltra multiplicari nō pōt. Superfluū tñ nō eſt ſi glīoſe ꝟginiſ
marie oīm ſctōꝝ aplōꝝ martyrū cōfeſſoꝝ atqꝫ ꝟginū merita q̄
bus xp̄iana religio dotata eſt addere voluero.
¶ De quantitate premioruz quid dicenduz putamus Nonne
iuſtū eſt vt ſm laborem requies. ſm dolores gaudium. ⁊ ſcd̄m
confuſionem gloria retribuatur. Firmiter igitur credamus

et nullatenus dubitemus. huic ſanctiſſime religioni. pro infinito labore eterne requiei ſolacium. pre tantarū paſſionū doloribus. ſempit̄ni gaudij refrigeriū. p cōfeſſionū ꝛ opprobrioꝝ immenſitate ꝯſolatiōez glorie ſine fine menſure. in retributionis p̄miuz. a iuſto ꝛ eterno iudice ī ſuo diſtricto ꝛ extremo iudicio exhiberi. Felix igit̄ immo felicior ꝛ feliciſſima aīa. que hui⁹ ſctiſſime religionis fundamenti firmitate fundata. cultus ei⁹ dignitate mācipata. ſacramentoꝝ quoqꝫ ei⁹ ſanctitate ꝯſecrata. ꝟtutū nobilitate decorata: ꝛ ſciētie eius ſublimitate tā fideliter ꝛ excellenter imbuta. vt ꝑ eius infinita merita. ad premioꝝ eius tā ſublimia faſtigia finaliter valeat ꝑuenire. Qđ nobis p̄ſtare dignetur ieſus xp̄s dn̄s noſter Qui cū patre ꝛ ſp̄ūſancto viuit ꝛ regnat deus in ſecula ſeculoꝝ Amen.

¶ Qui de ſecta thurcoꝝ magna ꝛ admiranda ſcire deſideras. pauca que hic inculto ſermone ꝛ incōpoſitis verbis dicta ſunt. Rogo ne ſpernas. Nam ſi ſingula bn̄ inſpecta ꝛ intellecta fuerint. de multis et magnis debite inquiſitionis materiā ꝛ rei veritatis ſeriem nequaq̄ꝫ tibi negabunt.

Finis.

Oratio testimonialis eorum que dicta sunt.

ſ I rerum humanarū dubijs maiori exꝑientie fides adhibet̃ potior nulli minorꝫ mihi de ꝯditiōe ⁊ ritu thurcorū loquentiū fidē debere cēseo. q̇ eoꝝ truculentissime captiuitatis et horrende ꝑsecutōnis ꝑ integros viginti annos terribiles tēpestatū spūaliuꝫ turbines. ⁊ imensa pericula corporis ⁊ aīe ꝑtuli. Et vt possem euadere p̄cipue periculū aīe ⁊ conseruare fidē xp̄i octo solēnes fugas ꝑegi quarū quelibet hoīem nō solū in ꝑturbationē mittere. veꝝ etiā in desperationis foueā deijcere sufficiēs materia existere potuisset. Quater quoqꝫ post fugā precio redēptus. septies ꝓ pecunia vendit᷒ ⁊ totidē empt᷒ fui. Preterea in tm̄ ꝯuersatiōis eoꝝ ꝯsortio astrictus fui vt maternā linguā oblit᷒. eoꝝ barbarice ydeomatꝫ loquela ad plenū eruditus. necnō lr̄ature eorū' tā extranee ⁊ ꝑuerse nō mediocrit̃ instructus adeo vt sacerdos eorū vnus de maioribꝰ ad beneficium eccl'ie sue nō modicis redditibꝰ dotatū qđ ipse mihi obtulit. me sufficientꝫ ⁊ ydoneū estimaret. Porro religiosoꝝ eoruꝫ moribꝰ ⁊ ritui sic me ꝯformaui vt sermonū spiritualiū quibꝰ ipi in collationibꝰ suis ⁊ ꝓpositōibꝰ ꝓpl'i vtunt̃ tantā haberē experientiā ⁊ copiaꝫ tā in scriptis q̄ꝫ in mēte. vt nō solū vicini nr̄i qui me freq̄nter audiebant in ꝯgregationibꝰ suis. veꝝ etiaꝫ de alijs locis me ꝓponentē audire desiderabāt. ipsoꝝ quoqꝫ religiosorū plurimi. quos ꝓponerent ꝓpl'o a me dedicere sermōes. Deniqꝫ dn̄o meo ita charus erā. vt sepius in collocutiōe pluriū plus q̄ꝫ filiū suū quē vnicū habebat me diligere assereret. ⁊ ꝓpter h̄ post adeptā libertatē ꝓmissionibꝰ ⁊ p̄cibus me oībus modis retinere attētabat. Sꝫ q̄a sciebat me valde auidū ad discendū lr̄as. ꝑ excusationē qua me finxi ad studiū ire ⁊ reuerti. deceptus me dimisit. nō tamē sine totius familie sue desolatiōe. rogans ꝑ nomen dei ⁊ mechometi me adiurās vt q̄ntotius redirē. Et forte adhuc reuersurū a studio expectat vt videlꝫ de meo sacerdotio et sui desiderij impletione duplex sibi gaudiū qđ multū optauerat accrescat. Demū in fine qđ valde paucis ductis in eoꝝ captiuitatē ꝯtingere pōt cū lr̄a impꝑali auctoritate ꝯfecta ⁊ autenticorū testiū solēni vallata testimonio deo mihi adiutoriū preſtante ⁊ miſericordiã. non ſolũ illius duriſſime captiuitatis nexibus ſolut⁹. verũetiã illius cruẽtiſſime ſecte diabolica infectione abſolutus liber exiui. Detur igitur maioris experientie teſtimoniũ cum euidenti rõne. et ego meis poſtpoſitis ſuis aſſertionibus indubitãter cum ceteris fidem adhibebo.

¶ Iſti ſunt duo ſermones in vulgari thurcoꝝ.

¶ Caffil olma achs goeſingi. balinga bakocleni. gore ruenelit itma doenuede. yaſu clerung delẽ goer. nitſcheler vatir dueſſue beni. gir nulã tſtheyã veſſuebẽi Czuẽ vekleri tſaſſabeni tſthur beni olam guer. Kym ech iduep kilir zari kuenerhdur ellinde vuari. Hutſth miſth yatir kari giri miczkij nueri guueleni goer czorma ballijn kijnczene vuarma yeramãczine Kymczini goer deczini vulſub gyeni iulani goer. Hane mebenimet muſtafa. huekym itti kaſtã kaſſa. Doẽne kyme kildi baſſa. aldaniben galani goer Aldãma maladauuara kulukevla baka iar Seuigile bile vuara baki iotaſch olani goer Ion⁹ bij czuſteri tſattar balka moriſſer ſatar Hẽdiczi ne hadar duttar czoledigi ialani (goer.

¶ Ianar itſthim goner oſim bon oeli angitſtac. olim endeſtherczin hoſt. vulurara danitſthag. Oliczeris belli bean giſſi itſthimis olor eã. teneſthir vſtine konp. balk vnginde iuũt ſthad. hitſch bilmeczẽ ben nitge idẽ. hãke iãna czaffaridẽ. yaccaffis don geemgidẽ. baſchſis atta binnitſtheg. Belle banga kauũ gardaſth olo czimdegi ioltaſth. Kim olaczar banga baltaſth czinindo egalitſthag. galã ben amalimla hernitgeczij balimla. Bide kauũ guule guele. eſden ianga donitſtheg. Sãga aidirem ai paſſa. nelergelliczor baſſa Kiming iczidem bagir piſſche. kim ſchraba kanitſthag. yarrin cziaczar guria tſchumla galeik derle. kime mir czeuuã herle. kimĩg iczidẽ iãtſchag amal vuer vnda tſthoap. amalſiſa olor hedep. ſchol biſſchia olmacz hezzep. bunda azat oitſſthag. yonus emdi kil iarak vt apmeaczin dogri bak. Tſcumla galeik derle. atli atllia czaijtlitſchag.

¶ Interpretatio ſermonũ predictorũ in latino.

¶ Noli eſſe incautus. aperi oculos ⁊ ꝯſidera cõditionẽ tuaꝫ q̃a mortalis es. Et noli inique agere in hoc ſeclo. ſed de cõmiſſis pniam agere cura. Conſidera multitudinẽ morientiũ ⁊ diſpoſitionẽ eoꝝ in ſepulchris ⁊ deformitatẽ. quõ pleni ꝟmibus ⁊ ſer pentibus. facies deturpate flegmate pleni om̄i putredīe ⁊ fetore. Iusti in hoc sc̄lo cū timore vixerūt. ⁊ cū dolore mortui et nō cōpent ⁊ miseri pctōres rident ⁊ ꝯsolant̄. credētes se mortē euadere posse. noli igit̄ argumentū querere ab aliquo vel rōnez, nec cōtrariuz dicentibꝫ volueris credere. Quotidiana morientiuz exꝑientia et conditio de h̄ te certū reddāt. Ubi est mēbēr mūstafa q̇ fuit tāte auctoritatis vt celo ⁊ terre imꝑare videret̄. et si huic mors nō peꝑcit quē nō seducat mūdana vanitas. nō ergo blandiant̄ tꝑalia ⁊ caduca sed exerce te in cultu diuino. ⁊ associare spūalibꝫ rebꝰ que tibi i extremis pñt esse refugiū. ¶ Jonosbas sentētias copulat. vendēs tꝑl'is mercimōia spūalia cuiꝰ sermonum veritate meliora facta testimonio esse possunt. ¶ Timor mortis exterius sed magis interius eiꝰ me ꝯturbat memoria. Sed q̄ȝ oibus cōe mori scio aliqualez mentis releuationez habeo. Certum est ꝙ omnes morimur. sed horā mortis tūc soluz experiemur quādo super feretrū positi incipimus corā oculis omniū lauari. quid faciam aut quo me vertam nescio quando amnia mihi prius chara me solum derelinquūt. Tunc pannus quo inuoluar ⁊ tabula cum qua efferor mihi ex omnibꝫ remanebunt. Sed forte amici mei et proximi compatiētes vsqꝫ ad tumulū erunt mihi socij. Quem vero consortem habeo. q̄ndo solus in terra tumulatus restabo. Tunc manebunt mecum merita ⁊ mea sancta desideria. o non illi qui tristes sociauerunt gaudendo redibunt ad ꝓpria. Sed tibi dico frater chare considera qualis morientium differentia. Alij em̄ estuabunt incendio. alij vō saciati gaudebūt refrigerio. Tandē instante vltimo examine omnes iteruz habent resurgere. Tunc alios gratia spiritus obumbrabit alios ignis eterni incendij concremabit. Nō verba sed merita ibi respondebunt. qui non habent merita magnam necessitatem habebunt. Illi autem tunc securi erunt qui de hac sine impedimento ⁊ liberi exierunt. Jonus ergo age tūc de tali prouisione vt tunc apparere possis sine confusione. Qm̄ singulorum nomina et merita toti mundo erunt manifesta et cognita.

Hec eſt opinio abbatis Joachim de ſecta mechometi.

¶ Quantuꝫ aūt ſecta mechometi debeat durare habet̃ Dañ. vij. vbi declaratū fuit danieli ab angelo de beſtia magna q̄ diſſimilis erat ceterꝫ in hūc mundū. Hee beſtie magne q̄ttuor ſunt regna q̄ ꝯſurgēt de terra. Suſcipiēt aūt regnū ſcti dei altiſſimi et obtinebūt regnū vſqꝫ in ſclm̄ ꝛ in ſclm ſcloꝝ. Qđ tractās abbas Joachim ſuꝑ illo Apoc̄. xij. Et iratus eſt draco poſt mulierē dic̄. Si hyſtorias eccl'iaſticas diligenti⁹ notamus cū iam moderata eēt ꝑſecutio arriani ꝛ etiā in quibuſdaꝫ deleta inchoante coſdroe rege perſarū q̄ in ꝑſecutione orientali preceſſit mechomet. ꝛ ſucceſſores ei⁹ ꝑſecutio iſti⁹ ſecte ſecuta eſt. taꝫ imanis et reuera nō hoim ſed beſtie cuiuſdā terribilis eē videret̃ preſertim cū ipſius error nō aliq̄ rōne hūana videt̃ eē munit⁹. ſed ſolum deteſtādo furore mēdacij ꝛ tyrannica armoꝝ ptāte defenſus. Quantū vero inualuerit in breui ꝛ quācito ꝓfecerit in malicia ſua. haud dubiū ꝓpter pctā. teſtat̃ deſolatio eccl'iarū ſyrie ꝛ phenicꝫ paleſtine ꝑiter ꝛ egypti. necnō ꝛ aphryce ꝛ mauritanie et inſularū marie in quib⁹ abolito xp̄i noīe ipſius mechemet deteſtanda traditio q̄ſi magni ꝓphe dn̄i ꝛ p̄conis altiſſimi predicatur. Heu ſi tanta mala faciet antixp̄s q̄nta iſte fecit in mendacio ſuo. Ut eīm moyſes legiſlator et longo añ preceſſit xp̄m. ita et iſte lator mēdacij ꝑauit itinera antixp̄i. Ac ne cui imanitas hui⁹ beſtie videat̃ eē ſīlis aliarū beſtiarū Judei quideꝫ pugnauerūt ꝯtra fidē xp̄i ſed tū eis renitētibus ꝛ inuitis edificate eccleſie hieroſolymis ꝛ nō poſt multos dies abſorpti ſīt a romanis ita vt extūc quo ad eos finē acciperet ꝛ ꝑſecutio eccl'iaꝝ ꝛ regnū. Pagani pugnauerūt ꝯtra xp̄m ſed q̄ttidie vincebant̃ a militibus ei⁹. ita vt in dieb⁹ ſilueſtri pape pene redderēt arma ꝛ eidē xp̄i vicario ſceptrū regni aſſigrent. Gothi et wandali et longobardi ꝛ alij heretici ꝑtim deleti ſunt ab exercitu romanoꝝ ꝑtim ad catholicā fideꝫ ꝯuerſi. Hec ꝟo quarta beſtia ita indomabilis fuit vt licet apparuerit ad tp̄s hūiliata et q̄ſi mortua q̄ꝫ iterū magnificata ſit ad deuorandū ꝑata pl⁹ tiere ē q̄ꝫ exp̄mere. Hec igit̃ eſt illa beſtia quā ſctūs daniel quartā noīat terribilē nimis Johēs ꝟo tā eaꝫ q̄ꝫ tres alias ꝯp̄hendit ſub vna hūte ſepteꝫ ca pita et in vno coꝝ cornua decē. ¶ Et infra paulopoſt ita dicit Per hāc beſtiā diabolus meridianā incolentes heremū viros ſolitarios impugnauit. ꝛ ꝑ hāc talia facturus eſt ꝛ ex ꝑte iam fecit qualia nō eſt ꝑmiſſus in temporibꝫ alijs nec etiā qñ ſanctos martyres laniare ictibus varijs ſineretur.

Notanduꝫ ꝙ gentes xp̄ianoꝝ diuidunt̄ in .x. natiões videlicet Latinos Grecos Indos Jacobitas Neſtorinos Moronitas Armenos Georgianos. ſurianos ꝛ mozarabes.

Prima Natio eſt Latinoꝝ q̄ hñt imꝑatoreꝫ almanie et reges multos videlꝫ reges Caſtelle Arrogonie Portugalie Nauarie. ꝛ iſti ſunt de natiōe hyſpanica In natiōe gallica ē vnꝰ rex frācoꝝ ꝛ multi duces ꝛ comites. In natiōe ꝓ ytalie eſt rex Cecilie Neapolitanꝰ. multi duces comites marchiones ac cōitates magne videlꝫ Venetiaꝝ Florentie Senaꝝ ꝛ Janue. In germanica āt natōe p̄ter imꝑatorē q̄ dꝫ cē almanꝰ ſtꝫ reges mlti videlꝫ rex Anglie Scotie. Vngarie. Bohemie. Polonie Dacie Friſie. ſuedie Norvegie Dalmatie et multi marchiones. lantḡuij. duces comites ꝛc̄. Itē in inſula cypri. rex Cypri. Oēs p̄dicti ſtꝫ obediētes romane eccl'ie.

Secunda Natio ē grecoꝝ q̄ hñt p̄riarchā Conſtātinopolitanū archiep̄os. ep̄os. abbates. ꝛc̄. in ſpūalibꝫ. In tp̄alibꝫ ꝓ imꝑatorē. duces ꝛ comites ꝛc̄. pauci tñ nūero ſunt nūc qꝛ agareni ꝛ thurci occupauert̄ ꝛ inuaſerūt maximā ꝑtē grecie. Et iſti nō obediūt eccl'ie romane. et hñt errores mlt̄os q̄ ſunt ꝯdēnati ꝑ eccl'iaꝫ qꝛ dicūt ꝙ ſpūſſctūs nō ꝓcedit a filio ſed a p̄re ſolū Etiā dicūt ꝙ nō eſt purgatoriū.

Tertia Natio eſt indoꝝ quoꝝ p̄nceps eſt preſbyt̄ Johānes cuiꝰ ptās excedit oēs xp̄ianos. Nam hꝫ ſub ſe .lxxij. reges. ꝛ qñ dictus dñs p̄ſbyter Johēs eq̄tat ſꝑ facit añ ſe portari crucē ligneā. Qñ tendit ad belluꝫ facit portari .xij. cruces de auro ꝛ lapidibꝫ precioſ factas ꝓ vexillo. In illa terra eſt corpꝰ bti thome apl'i in maxima veneratione.

nō.

Quarta Natio eſt iacobitarū a iacobo heretico diſcipulo p̄riarche alexādrini iacobite dicti ſunt. Hij in ꝑtibꝫ oriētis occupāt magnā partē aſie. terrā mābre que eſt ꝓpinq̄ egypto ꝛ terrā ethiopie vſqꝫ ad indiaꝫ plus q̄ꝫ .xl. reg. Hij circūcidunt̄ ꝛ baptizant̄ cū ferro ignito. Caracterē crucis imprimūt in frontib⁹ ⁊ in alijs ꝑtibus corꝑis. vt in pectore vel in brachijs. Hij ꝯfitent᷑ ſoli deo ⁊ nō ſacerdotib⁹ iudeoꝝ ⁊ agareoꝝ ⁊ dicūt in xp̄o eſſe tm̄ naturā diuinā aliqui eoꝝ loquunt᷑ lingua caldaica. aliq̄ lingua arabica. alij ꝓ alijs linguis ſm̄ diuerſitatē nationū. Et iſti fuerūt cōdemnati in ꝯſilio Cedeñ.

Quinta Natio eſt neſtorinoꝝ. a neſtorino heretico q̄ fuit cōſtantinopolitan⁹ ep̄s ſic dicti neſtorini. Hij ſolū ponūt in xp̄o duas ꝑſonas. vnā diuinā. aliaȝ ꝓ hūanā ⁊ negāt btāȝ virginē mariā eſſe mr̄eȝ dei. ſed hū̃ hoīs iheſu. Hij vtunt᷑ lingua caldaica in ſuis ſcp̄turis. ⁊ ꝯficiūt corp⁹ xp̄i in fermēto. Hij inhabitant tartariā ⁊ maiorē indiā. ⁊ ſtȝ multi numero Terra eoꝝ ꝯtinet tm̄ ſicut almania ⁊ ytalia Et iſti heretici fuerūt ꝯdēnati in tercia ſynodo ephiſina. ⁊ fuerunt diuiſi ab eccleſia romana ⁊ permāſerunt in ꝑtinatia.

Sexta Natio eſt moronitarū. moronite a q̄daȝ heretico Morone dicti ſunt q̄ vnū intellectū ⁊ vnā voluntatē in xp̄o tm̄ ponūt. Hij habitant iuxta libiaȝ in ꝓuincia Fenice in magno nūero. viri bellatores in ꝑlijs edocti ⁊ experti ſpecialiter vtunt᷑ arcub⁹ ⁊ ſagittis. Hij more latinorū cāpanis et eoꝝ ep̄i anulis mitris ⁊ baculis paſtoralib⁹ vtunt᷑. in ſcripturis lr̄a caldaica ⁊ in vulgari arabica vtunt᷑ lingua Hij aliq̄n fuerunt ſub obediētie romane eccl'ie. Naȝ eoꝝ p̄triarcha interfuit ꝯſilio gn̄ali lateranēſi celebrato rome ſub innocētio. iij. ſȝ poſtea receſſerūt ab eccl'ia romana Hij p̄mo fuer̄t ꝯdēnati in ſynodo cōſtantino. ⁊ poſtea venerūt ad obediāȝ romane eccl'e Et iteꝝ reuerſi ſtȝ ad ꝓpriā eorū opinionē in q̄ ꝑſeuerant hodierno tp̄e.

Septima Natio eſt armenoꝝ q̄ habitāt in regno armenie ꝓpe antiochiā. Hij ꝓpriū ydeoma et linguā cōem oībus hn̄t. ⁊ ſcripturas ſctās et officiū eccl'ie cantant et dicūt in vulgari lingua ita q̄ ab oībus ſecularib⁹ tā virȝ q̄ȝ femis intelligant᷑. Hn̄t ſuū primatē quē vocāt catholicū. cui obediūt ſic nos pape cū mag̃ deuotiōe ⁊ reuerētia. Quadrageſimā ieiunant cū magna deuotōne. in q̄ nō comedūt piſces nec bibūt vinū In diebus tn̄ veneris comedunt carnes.

Octaua Natio eſt georgianoꝝ a btō georgio quē habēt in prelijs in patronū dicti ſunt georgiani Et hitant in ꝑtib⁹ orientalib⁹ Et eſt ꝑplus pulcher fortis ⁊ de liciosus. medis. parſis ⁊ ſyriis (in quoꝝ cōfinibus cōmorantꝛ.) valde formidoloſi. Et vtunꝛ lingua greca. vtunꝛq̄ ſacramētis more grecorū. Clerici hn̄t coronas in capitibꝰ eorū rotūdas. ſeculares ꝟo quadratas Qn̄ veniūt ad ſcm̄ ſepulchꝝ nō ſoluūt ſarracenis tributū. ⁊ ingrediunꝛ hierl'm cū vexillis erectis quia ſarraceni eos timēt. Eoꝝ femīe vtunꝛ armis ſicut viri. barbas et crines etiā hn̄t ſic̄ viri. vtunꝛ pilleis altis in capitibꝰ ad altitudinē cubiti. qn̄ ſcribūt ſoldono ſtatim ꝯcedit eis q̄d petūt.

Nona Natio eſt ſurianorū ſic dicti ſuriani a ciuitate ſur q̄ eſt eminētior ciuitas in ſuria vl' aſſyria. Hij vtūtur in ſ̄mone vulgari lingua ſarracenica. in ſcripturis diuis et officiis miſſe lingua greca Hn̄t ep̄os ⁊ ꝯſuetudinē grecoꝝ ſ̄uāt et eis obediūt in oībus. ꝯficiūt in fermēto. ⁊ hn̄t opiniones grecorū ꝯtra latinos Hos ſequnꝛ aliq̄ xp̄iani q̄ in terra ſctā vocātur ſamaritani. p̄mo ꝯuerſi tp̄e apl'oꝝ. ſ; ipſi nō bn̄ ſapiūt in ca (tholica fide

Decima Natio eſt mozarabū. hij mozarabes fuerūt olim multi nūero in ptibꝰ affrice et hyſpanie. ſed mō ſunt pauci. Sūt em̄ dicti mozarabes q: modos xp̄ianoꝝ de arabia in multis tenebāt. Iſti vtunꝛ in officiis diuīs lingua latina ⁊ obediūt eccl'ie romane et prelatis latinoꝝ. Cōficiunt in azimo vt latini. ſed in multis diſcrepant a latinis q: cū dies naturalis diuidiꝛ in. xxiiij. horas diei et noctis. tot officia hn̄t ſiue horas et pſalmos ac hymnos certaſq̄ orōnes hn̄t ⁊ nimis ꝓlixas quas nō dicūt more latinoꝝ Nā ⁊ q̄d latini dicūt in p̄ncipio ipi dicūt in fine vel ī medio. ſacr̄m eucharīſtie diuidūt aliq̄ in ſeptē ꝑtes. aliq̄ in decē Et ē hec natio valde deuota. In matrimonio ꝟo nō ꝯiungunꝛ niſi ꝑſonis ſue gētis ſiue natiōis inter q̄s feīa amiſſo p̄mo marito nunq̄ ꝯiungiꝛ altri. ſed ꝑmanet in caſtitate ꝑpetua. Cauſa ꝟo tāte diuiſionis inter xp̄ianos fuit q̄ ab antiq̄s tp̄ibus xp̄iani fuerūt aſtricti ne celebrarent cōſilia generalia. Ido inſurgentibꝰ hereticis ī diuerſ mūdi ptibus non fuit q̄ remediū apponeret Scd̄a cā fuit negligentia ſummoꝝ pōtificū. q: nō curauerūt nūcios mittere ad xp̄ianos in erroribꝰ poſitos. q: ſi hoc feciſſent multos aut oēs ad vnā fidē et obedientiā romane eccl'ie reduxiſſent.

Finiunt Ritus ⁊ mores thurcorum. vna cum oratione teſtimoniali eorundem

Sermo in ideõate thurcorũ cuz itrpretatione latina